



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o. ij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

munere letari Sed ad hec au-  
dita inardescit animus iāq̄  
illuc cupit assistere vbi se spat  
sine fine gaudere. Sz ad ma-  
gna premia perueniri nō pōt  
nisi per magnos labores. Un̄  
et paulus egregius predica-  
tor dicit: Nemo coronabitur  
nisi qui legitime certauerit.  
Tu autem domine nostri mi-  
serere. **Lectio nona.**

**V**electet igitur mentē mag-  
nitudine premiorum sed nō de-  
terreat certamen laborū. Un̄  
ad se venientibz veritas dicit:  
Si quis venit ad me et nō o-  
dit patrem suū et matrē et vx-  
orem et filios et fratres et sozo-  
res adhuc autē et animā suā  
non potest meus esse discipu-  
lus. Sed percunctari libet q̄  
modo parentes et carnaliter p-  
pinquos precipimur odisse q̄  
tubemur et inimicos diligere  
Et certe de vxore veritas dicit:  
Quod deus iunxit homo nō  
separet. Et paulus ait: Viri  
diligite vxores vestras: sicut  
christus dilexit ecclesiam. Ec-  
ce discipulus vxorem diligen-  
dam predicat: cum magr̄ di-  
cat. Qui vxorem non odit nō  
potest meus esse discipulus.  
Nunquid aliud iudex nūciat  
aliud preco clamat aut simul  
odisse possumus et diligere.

**I**n illo tem- **S. mathe.**  
pore Dixit iesus disci-

pulis suis: Nihil operum qd  
non reueletur: et nihil occultū  
quod non sciatur. Et reliqua.

**S. melis beati hyeronimi ps.**

**E**t quomodo in pnti seculo  
multoz vitia nesciuntur Sed  
de futuro tpe scribitur: quādo  
iudicabit domin⁹ occulta ho-  
minum et illuminabit latebras  
tenebrarum et manifesta faciet  
consilia cordium. Et est sc̄sus  
Nolite timere persecutoz se-  
uiciaz et blasphemantium ra-  
biem qz veniet dies iudicij in  
quo et vestra virtus et eoz ne-  
quitia demonstrabitur. Tu  
autem domine nostri miserere

**Q**uod dico vobis **Lectio. ij.**  
in tenebris dicite in lumine: et  
quod i aure auditis predica-  
te super tecta. Quod audistis  
in mysterio apertius pdicate  
Quod didicistis abscondite  
publice loq̄mini. Quod vos  
erudiui in paruulo iudee loco  
in vniuersis vrbibus et in to-  
to mūdo audaciter dicite. no-  
lite timere eos q̄ occidunt cor-  
pus animaz aut non pnt occi-  
dere. Tu autem: **Lectio. iij.**

**S**i qui corpus occidunt ani-  
mam non possunt occidere.  
Ergo anima inuisibilis et in-  
corporalis est Scdm crassi-  
rem dico nostri corporis sub-  
stantiam. Vel eo certe tem-  
pore punietur et supplicia sen-  
tiet quando pristinum corp⁹